

FORMULARIUM CRIMINALE

In quo formæ omnes Causarum, quæ in Foris Ecclesiasticis, ac Regularibus tractantur, ad Sacrorum Canonum præscriptum per extensum traduntur.

O P U S

Superioribus omnibus, maxime iis, qui in artis Fori contentiosi sunt parum versati, non tam utile, quam necessarium; cum per hoc quis etiam Tyro in materia Criminali ad Processus quosvis recte formandos manuducatur.

A U C T O R E

P. LUDOVICO MARIA SINISTRARI
D E A M E N O

ORDINIS S. FRANCISCI REF. PROV. MEDIOL.
CUM NOVISSIMA APPENDICE.

OPERA ET STUDIO

JOSEPHI PHILIPPI GIANNINI
GIVIS ROMANI ET J. U. D.



ROMÆ, MDCCCLX.

Sumptibus CAROLI GIANNINI Equitis levis armaturæ,
ac Librorum SANCTITATIS SUE Provisoris
in Platea Capranicensi.

Superiorum Permissu, & Privilégio Pontificio.

III

Illmo atque Excmo Domino
D. HENRICO JOSEPHO
DE CARVALHO, DE MELLO,
COMITI DE OEYRAS

JOSEPHUS PHILIPPUS GIANNINI

P. F.



I VINE prorsus erga-
meam familiam bene-
ficien*tiae* illustre est argumentum,
quod Pater meus, itemque Avus de-
dicatione Operum, quæ propriis

FORMULARIUM CRIMINALE

SECTIO I.

In qua traduntur Formulæ Inquisitionis, sive
Visitationis generalis Paternæ, & Judicialis.

I. Antequam tradamus Formulas, secundum quas
Prælati se gerunt, tanquam Judices in Foro contentio-
so, expedit eam tradere, quam servare debent, ut Pa-
tres in Foro Regulari. Et quia hoc consistit in Visitatio-
ne Generali paternæ, prius de ea loquemur. Cum verò
fiat Visitatio à Prælato Provinciali, tanquam Ordina-
rio, & à Visitatoribus Commissariis à Generali, aut
Provinciali Delegatis, de utrisque res tradenda est.

II. Forma Visitationis generalis paternæ,
quæ fieri debet a Prælatis Provincialibus.



N nomine Domini. Amen. Hæc est Vi-
sitatio Generalis, quam facere intendit
Fr. N. Minister Provincialis Provinciam
N. in Conventu N. &c. Mensis, &c. Anni
ni, &c.

Convocatis capitulariter Fratribus ad signum foli-
tam Campanæ, illis, pro debito, verbum Dei pro-
posuimus, & Visitationem intimavimus: omnes in
Domino admonemus, & formaliter præcepto Obedien-
tiae adigentes, ut dicerent, quæ de jure dicenda ve-
niunt; & non ex odio, aut prava quavis animi affe-
ctione, sed sola charitate, & Regularis Observantie
zelo, moverentur.

A

Po.